de socio qui ambulauit cum diabolo Quarto confessio facit celari diabolo peccatum. Augustinus Non habebit quod timeat in futuro iudicio qui nunc confessionem fecerit de peccato. Isa. xliij. Narra si quid habes vt iustificeris. Leo papa. Peccatum confessum diabolo celabitur vt ab eo nō cōfundetur. Chrysostom⁹. Et habetur de penitentia distinctiōe prima. Non potest q̄s gratiam dei celestis accipere: nisi purgat⁹ fuerit ab omni sorde peccati per penitentie confessionem. scilicet loquendo de mortali. Glosa ibidem Quia in pctō sunt tria scilicet delectatio. impudentia. et perpetratō Contra delectationem contritio. cōtra impudentiam confessio. contra perpetratōnē satisfactio. Sed diceres. Tamen deus omnia videt: quid opus est confiteri. Respondet Augusti. li. viij. omelia. xxij. omel. xij Vult deus vt reuelet homo ne diabol⁹ habeat quod obiciat. Item vt verecundiam habeat. Item vt se humiliet et obediat Augustinus. Homo accusat vt deus excuset. Item vt veream. Richardus de sancto victore. Quanto verecundia maior fuerit. tanto clarior confessio in oculis dei apparebit. Item vt se humiliet. Gregorius. Superbiendo a deo recessimus. humiliādo accedamus Augustinus. Acriores dolores diabolo non facimus: q̄ꝫ q̄ peccata nostra confitendo sanamus Exemplum de fratre quere in luca parisiensi. et de tempore sermone. lxvi. Queritur cur deus hominem fecerit qui posset peccare. vel quez scit esse damnaturum. Ad hoc assignantur plures ratōes. Prima vt ostendatur dei omnipotentia inconuertibilis. omnis autem creatura mutabilis est. Secunda ratio vt declaretur dei sapiētia que ex malo scit elicere bonum. quod non posset fieri nisi deus fecisset creaturam vertibilem in malū Tertia vt manifestetur dei clementia. quia per mortem deus hominez perditum liberauit Quarta vt ostendatur dei iusticia. q̄a non solum reddit bonis premia. sed etiam malis supplicia. Quinta vt homo non sit peioris conditionis q̄ꝫ alie creature. quibus deus sic administrat omnibus. vt eas agere propriis motibus sinat. Unde et hominem proprio suo arbitrio reliquit. Sexta est laus humana. laus enim est veri iusti q̄ potuit transgredi et nō est trāsgressus. Septima est decor vniuersi. quia oppositis iuxta se posita magis elucescunt. ita mali cōmunicant bonis ad inuicem cōparatis Octaua vt boni per malos exercitentur et probentur. Et ex illis patet q̄ homo debet viuere ꝑm propriam rationem que semp⁹ deprecatur ad optima. Ad bonum gratie nō potest quis peruenire per se cum non sit ꝑm limites nature. sed ꝑm influentiam largitatis diuine. Sicut enim creatura ꝙ sua de fectibilitate suo principio semper idiget vt sit in esse nature. sic illud principium ꝙ sua bonitate influere non cessat creature rationali vitam spiritualem vt bene sit in esse g̃tie. quā habere non potest sine deo largitore. Verūtamen inexcusabilis est homo si gratiam gratum facientē non accipit. quia gratia gratis data semper presto est liberū arbitrium excitare et cōmouere. cuius est huic motioni consentire. quo facto poterit homo gratiam gratum facientē habere. hoc est ad gratiam gratū facientem se preparare Quānis enim gratia habeatur dei dono efficiente. tamē non sine libero arbitrio cōsentiente. Unde Augustinus. Qui creauit te sine te. non te iustificabit sine te. Igitur gratia gratum faciens a tribus est. sed aliter ⁊ aliter. Est enim a deo efficiente. a gratia gratis data liberum arbitrium excitante ⁊ cōmouente. a libero arbitrio consentiente. Quānis enim liberum arbitriū non possit gratiam efficere in homine. potest tamen se ad hoc abilitare et preparare q̄ habeat. Sicut aliquis non potest illuminare domum. potest tamen aperire fenestram. quo facto sol intrat et illuminat Ergo oportet q̄ semper requiratur liberum arbitrium. quia anima habet instrumenta et facultatem cognoscendi et diligendi deū ex natura sed non habet cognitionem veritatis ⁊ ordinem dilectōnis nisi ex gratia igit⁹ ꝛc. In summa euāgelij tria inuunt⁹

Primo potentia Christi inuincibilis. ibi. Erat iesus eiiciens demonium. Secundo sapientia eius inestimabilis. ibi. Ipse vt vidit cogitationes eorum Tertio ipsius laus venerabilis. ibi. Extollens vocem quedaz mulier. De primo dicit. Erat Jesus eiiciens demonium quod prius eiecit de celo empireo. Ezechiel. xxviij. Eieci te de monte sancto meo o cherub. scilicet propter superbiam. Lu. x. Vidi sathanam vt fulgur cadentem de celo. Ad designandum q̄ omnes superbi ō celo sunt eiiciendi. psal. lxxij Eiecisti eos dum alleuarentur. Eiectus est ad terram nobis ad vexationem Ideo auditus ē clamor in celo. Apocalip. xij. Ve terre et mari qr diabolus descendit ad vos habens iram magnam sciens quia modicum tempus habet. Idcirco Ecclesiastici ij. Fili ad temptationem prepara animam tuam Hieronymus. Quia non potest vincere nisi volentem. i. Corinthi. x. Fidel autem deus est qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Idcirco Mat. vi. Ne nos inducas in temptatōnē Subdit. Et illud erat mutum. Dicitur autem demonium mutum vt dicit Tytus. eo q̄ hanc ingerat passionem: vt tollat auditum verbum. Sicut aliqua herba dicitur pestifera eo q̄ corp⁹ sua virtute reddat infirmum. Nota q̄ demon dicitur esse mutus tribus modis. quibus eisdem facit peccatores obmutescere. Primo enim mutus est demon a laude dei et gratiarum actiōe.

Et nota cum laudarent eum simul astra matutina et iubilarent omnes filij dei. vt dicitur Job. xxviij. iste tamen per inuidiam obmutuit a dei laude. Ysaie. xxxviij. Quia non infernus confitebitur tibi: neq̄ mors laudabit te. Et sic modo plures homines facit mutos qui de beneficijs receptis non referunt deo gratias et laudem sed sunt sicut porcus qui non refert gratias pascenti. sed etiam comedendo semp murmurat. Secundo diabolus mutus est ad verum loquendum. quia ab initio in veritate non stetit. et mendax est et pater mēdacij. vt dicitur Johānis. viij. Sic etiam multos facit modo mutos qui veritatē quaz nouerunt tacent. sed semper falsa et mēdacia loquuntur. Actuum. v. Anania cur tē ptauit sathanas coz tuum mentiri spiritui sancto. Tertio diabolus est mut⁹ ad veniam petendam de sua transgressione. Indurati ei est coz eius ita vt per penitentiam molliri non possit. Job. xl. Induratum est coz eius vt lapis. Unde legitur q̄ quidam heremita bone simplicitatis diutius rogauit deum pro venia impetranda demoni Et responsum est sibi per angelum q̄ deus essz paratus remittere penam: si dem̄ peniteret de culpa Tunc heremita gauisus est sperans inducere diabolum ad penitentiam Et quesiuit longo tempore diabolum per heremum. cui tandem apparuit dicens Quid queris monache. Cui ille respondit quero diabolum. Cui ait. Quid vis Ecce ego sum diabolus. volo dixit monach⁹ te inducere ad penitentiam. quia deus paratus est remittere culpam et tollere penam. Indignatus diabolus iquit. nequaq̄ ego petam veniam. sed ipse peniteat qui me tanto tempore facit cruciari. Et sic diabolus mutus est ad penitentiam. Ita etiam linguas multorum ligat isto ligamine malicie ne confiteantur et peniteant de peccatis

Nota dicit magister in scō sententiaz dis. vij. capō. i. Q3 angeli boni per gratiam confirmati sunt q̄ peccare nequeunt. et non habent a natura. Sed mali angeli in malo obstinati sunt q̄ bene velle nō valēt licet aliquando volunt qđ deus vult. non tamen bona voluntate. Nota q̄ iste demoniacus non solum erat mutus. sed vt dicitur Matthei. xij. erat etiam cecus. Theophilus autem dicit q̄ omnis mutus a natiuitate est etiam surdus. Et sicut diabol⁹ faciebat eum esse mutum. ita etiam cecum et surdum fecerat. Unde Chrysostomus. Magna inquit et miranda est nequicia demonis. alterutrum ingressum oppilauerat per quem ille crediturus erat scilicet auditum et visum. et tertium scilicet linguam ne cōfiteretur. Istos etiam spirituales sensus tollit diabolus peccatoribus. Excecat

enim eos interius. quia concludit oculos mentis ad spiritualia contemplanda. Excecauit enim peccatores malicia eorum. vt dicitur Sapientie scō. Certe magna est cecitas auari qui non percipit pecunie fraudem. Cecatur inuidiosus. quia reputat alterius bonum sibi esse preiudicium. Cecatur vane gloriosus. quia querit gloriam vbi non est querenda. Excecatur luxuriosus qui non considerat q̄ feda sit carnis voluptas et mulier quā amat. Amor iste carnalis excecauit Samsonem. deiecit Dauid. infatuauit Salomonem. Vnde bene dicit quidam. Nil bene cernit amor: videt omnia lumine ceco Credit amor cecus de decus esse decus. Item diabolus facit peccatores surdos vt non audiant Christum pulsantem ad cor vt muscipula q̄ nolentis ibi aperire vt inde demonem eiciat. Non audiunt predicatorem corripientem tanq̄ incorrigibiles. Non audiunt scripturam penas inferni comminantem tanq̄m insensibiles. Non audiunt eum celeste regnū promittentem. cum dicit. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. tanq̄ omnia bona contemnentes ps cv. Tanq̄ pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. De omnibus istis dici potest illud psal. cxiij. Aures habent et nō audient. Quia facti sunt ad similitudinem aspidis surde obturantis aures suas ad vocem adiurantis. psal. lvij Deinde adducitur miraculi euidentia. Et cum eiecisset demonium locutus est mutus. Quia enim demon faciebat mutum. Ita christus tanq̄ sapiens medicus curauit morbum. expellendo causam infirmitatis. Ipse aperit os mutorum et linguas infantium facit disertas. Nota q̄ quinq̄ miracula facta sunt in homine isto. Primum quia curatus fuit a demonis vexatione. Secūdum quia illuminatus est a cecitate. Tertium quia recepit auditum. ſm Tytum. Quartum quia recepit facultatem loquēdi. Sed quia aliquis posset habere facultatem loquendi qui adhuc non loqueretur: si loqui non didicisset. Ideo quintum miraculum fuit q̄ cum iste loqui non didicerit. nec vnq̄ audiuerat alios loqui: statim locutus fuit. Tantus miraculum est ac si puer natus statim loqueretur. Deinde ponitur dispositio astantium Quidam enim admirati erant quasi credentes. Quidam vero dubij miraculum refutantes. Sed quidam maliuoli opus calumniantes Vnde dicit Et admirate sunt turbe Est autem admiratio super causa inconsueti effectus occulta ratiocinatio. Et ideo turbe hoc miraculum in aliquod maius hodie referebāt Vnde Matthei. xij. dicit. Stupebant omnes turbe et dicebant. Nunquid hic est filius Dauid. Glosa. Ob misericordiaz inquit. et beneficium filium dauid predicant Deinde ponitur quomodo aliqui calumniati sunt miraculum Quidam autem ex eis dixerunt. Matth. et Mar. dicunt istos fuisse scribas et phariseos. In beelzebub prīcipe demoniorum eiicit demonia. Turbe laudauerunt miraculum. pharisei autem ſ potentes negare publicum factum conati sunt illud peruertere. dicētes q̄ in virtute demonis facta esset eiectio Nota ninus conditor ciuitatis niniue propter consolationem de morte beli patris sui statuam fecit in honore patris. Ad quam confugientes qui furtum fecerunt et qui rei erant veniam merebantur. Vnde ipsaz statuam ceperunt reuereri Et tandez succedente tempore diabolo instigante diuini honores ipsi statue sunt attributi. Et sic incepit cultus idolatrie. vt dicitur Sapientie. xiiij. Hūc deum caldei appellabāt beel. palestini Baal. Moabite beelphegor. diuersis vocabulis ſm diuersitatem linguarum vocabāt. Sz iudei derisorie vocabant illum beelzebub id est deum vel virum muscarum. qa magna multitudo muscarum erat in templo eius propter sordem cruoris immolati In hoc autē simulacro dicebant habitare principem demoniorum. forte propter tria. vel quia in eo fuit idolatrie principium. Aut quia cultus eius erat generalis apud omnes gentes. Licet enim quedaz natio speciales alios haberet deos. hunc tamen velut

vniuersalem deū omnes venerabantur. vel quia nullum idolum reperiebatur efficacius isto. Attende cōtraria fuit ista contumelia christo: qua iudei reputauerunt christū velut maleficum mendacem q̄ in v̄tute demonis faceret miracula. Sed diceres Vlalde mirabile est vnde moti fuerunt iudei de christo hoc opinari. Et est dicendū q̄ iudei non credebant christum hoc fecisse virtute demonis. nullum em̄ signum apparebat ad hoc. Sic tamen agitati stimulo inuidie nō p̄sideraverūt an diceret v̄z falsū dūmō tm̄ aliq̄ mō possent viciare istō miraculū Vlm̄ Chry. Inuidia nō querit q̄d dicat. sed solum vt dicat. Item ibidem inquit. Nulla malicia peior est inuidia. Adulter in breui complet peccatum suum. iuidus autem nunq̄ quiescit. Sed sicut scarabei nutriuntur stercore. ita inuidi aliorū infortunijs. Et ideo ꝑm Remigium. solo odio moti z inuidia: nihil sordidius inuenientes q̄d obijcerent domino. dicebant q̄ in beelzebub eijciebat demonia. Vlm̄ nota q̄ in ista contumelia peccauerunt peccato grauissimo. scz in spūmsanctum. in eo q̄ restiterunt veritati quam tamen cognoscebant. ij. Thimo. iij. Quēadmodū iamnes z mābres restiterūt moysi. ita z hi resistūt veritati ꝛc̄ Et ideo saluator aggrauat peccatū istud. vt p̄z ꝑm Mar. iij. in isto loco q̄ dicit. Quicūq̄ dixerit cōtra filium hominis remittet̄ ei. sed qui dixerit verbum contra spūmsanctum. id est. contra id q̄d spūssanctus aperto corde demonstrat. nō remittet̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. Deinde ponitur quō aliqui non tantū conuiciabant̄ sed querebant experimentuz miraculi. Et alij temptātes: cū tamē scriptū sit. Non tēptabis dūm deum tuū. Deute. vi. signū de celo querebāt. q. d. Nescimus in qua v̄tute operis miracula. sed si aliquod mirabile signum de celo feceris sicut moyses colūnaz in aere. Josue vero fecit solē stare immobilem. Helias autē fecit ignem de celo descēdere ad combustionē inimicoz suoz. Ezechias autē fecit solem retrocedere. si aliq̄ istis simile feceris: credemus ex hoc q̄ diuina virtute miracula facias. Sed q̄ isti non desiderabāt signum vt ex hoc crederēt sed magis vt delectarēt in nouitate miraculi. ideo non dedit eis signum de celo.

Nota in tribꝰ dominicis sequentibꝰ legitur euangeliū de demonio. Nō q̄ quattuoꝛ genera hoīm temptat diabolus. Primo quosdā temptat z nō vincit. z isti significant̄ q̄ temptationē xp̄i Secūdo aliq̄s tēptat et supat z vexat male. Isti significantur q̄ filiā mulieris chananee. Tertio aliquos tēptat z supat: z tm̄ postmodū q̄ tritionē expellit̄. Isti significant̄ q̄ demonia cum q̄ curat⁹ fuit. Quarto aliq̄s temptat z supat z fugat⁹ fugit. sed tandē reuertit̄. Isti significant̄ q̄ hoc cum dicit̄. Cum immūdus spūs ꝛc̄. Nota xp̄s demonium hic expulit: et legit̄ nobis in exemplū Nā in tribus casibꝰ aliq̄s de domo conducta expelli potest. Primo q̄n pensionē non soluit Et sic diabol⁹. Nā deus dedit homini tria de q̄bus vult habere pensionē. s. corp⁹ animā et res. de corpe requirit ieiuniū. sz diabolus ꝓhibet. quia est sibi venenū. Ambrosius. Jeiuni hominis sputū serpentes iteruficit. Deaīa orōes: sz diabol⁹ ꝓhibet. q̄a sunt sibi incendiū Thob. vi. Cordis pticulā si sup carbones ponas. fum⁹ ei⁹ extricat oē genus demonioz. De rebꝰ vult hīc elemosynā. diabol⁹ ꝓhibet. q̄ sūt sibi tacula. Eccl̄i. xxix. Cōclude elemosynā i sinu pauperis. z hec p te orabit ab oī malo. Elemosyna viri q̄si saccul⁹ cū ipso. z gr̄az hoīs q̄si pupillū ꝓtuabit. z p⁹ea ꝓsurget z retribuet illi retributōz vnicuiq̄ i caput illoz Super scutū potētis z lāceā aduersi⁹ inimicum tuū pugnabit. Secūdo q̄s expellit̄ q̄n domū ad malū vsū puertit. z sic diabol⁹. Appc̄. xviij Facta ē hītatio demoniorz babilon. s. i auaricia. z custodia oīs spūs imūdi. s. i luxuria z custodia oīs volucris imūde. s. i supbia Tertio expellit̄ q̄s ꝺ domo q̄n dñs p se vult inhītare sic̄ z nūc Jo. xiiij. Ad eū ve. z man. a. eū fa. i. Co. iij. Tēplū dei sā. ē q̄d est⁹ vos

Item sciendum multis modis debemus diabolum eijcere. Primo vt canem de cocina. s. calida aq̄ ꝺ ē lacrimis p̄tritōnis. ꝑs.

Contribulasti capita draconū in aqs id ē. peccata capitalia. Figuratur Exodi.xiiij Pharao submersus est in mari rubro. id est. diabolus in lachymar. m fluuio. Et sic eiecit eum Maria magdalena Luce. vij. Hanc aquā ñ habuit iudas ꝛc. Secundo vt homo expellitur de domo per stillic. diū scilicet predicationis Job.xiiij. Stille cadentes excauant lapidem .id est. lapidea corda. Figuratur Matthei.viij. Obtulerunt ei multos demonia habentes et eiciebat spiritus immundos verbo. Tertio vt homo eiicitur de domo per fumum scilicz orationis. Thobie sexto. Particulam cordis ei⁹ si sup carbones poueris fumus ei⁹ extricat omne genus demoniorum. Figuratur .i. Regum.xvi. Dauid cythara sua fugauit spiritum malignum de saul Quarto eiicitur vt vulpis de antro scilicet fame sic per ieunium eiicitur diabolus Math. xvij. Hoc genus demoniorum in solo ieiunio ⁊ oratione eiicitur. De quo in littera Cum immundus spiritus exierit ab homine querens requiem per loca inaquosa .id est. arida. et non inuenit. Prouerbiorum xxvi. Cum defecerint ligna extinguetur ignis. Et Isidorus Ardentes sagitte diaboli ieuniorū frigore sunt restringende. Quinto vt ribaldus eiicitur de ciuitate. scilicet virga⁹ discipline Prouerbiorū.xxij. Stulticia colligata est in corde pueri. et virga discipline fugabit eam. vt patet de ꝑ sctō benedicto. similiter de sancto Zacharia qui sentiens stimulum carnis aggrauauit corpus eius pondere lapidum. Cui abbas dixit. Zachari q̄d portas. Respondit. vxor vxorantem. Vel debet deiici virga crucis Isaie.xxx. Pauebit assur virga percussus Hac virga eiectus est diabolus. De qno Johānis.xij. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Nota ergo primum demonem debemus eiicere vt serpentē de vinea per odorem scilicet humilitatis. q̄a humilitas est herba odorifera que deum attrahit et diabolum expellit. Cañ. i. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Nardus est parua herba et dicitur odorifera. Canticorum .ij. Vinee florentes odorez dederunt .id est anime humiles attrahunt deum. Luce .i. Respexit humilitatem ancille sue. Et expellunt diabolum. vt patz in vita sancti Antonij cui dixit diabolus. O humilitas tua me vincit. primi Regum.xv. Nonne cū parvus esses in oculis tuis. caput in tribubus israel factus es. Secundum demonem auaricie debes eiicere sicut serpentem ab homine per denudationem. quia fugit hominez nudum Et sic debes te denudare a male q̄ sitis. Augustinus. Si tenes obolum teneris a diabolo. Luce. xi. Quod superest da te elemosynam. Tertium demonē luxurie debes eiicere sic̄ ribalduz de ciuitate. i. virga discipline. Eccī. xi. Malicia vnius hore oblationem facit luxurie magne. Quartum demonē iracundie scilicet sathanaz debes eiicere vt hominem de domo per stillicidium scilicet verbi dei Mat. v. Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Matthei. viij. Eiecit spiritus immundos verbo Quintum demonem inuidie scilicz beelzebub per fumū deuote orationis. Sextum demonem gule scilicet belzemot. sicut vulpem de antro. Septimum meridianū scilicet accidie. sicut canem de coquina. vide supra. Item sciendum quare debet eiici. quia facit hominem mutuz. Nā diabolus facit vt lupus qui capit ouē. non ꝑ pedem nec per manum sed per collū. Sic diabolus est lupus. De quo Job. x. Lup⁹ capit et dispergit oues. Qui non tenet peccatorem ꝑ pedes. quia dimittit hominem ambulare ad ecclesiam. Non per manum. quia permittit elemosynam dare. Non ꝑ aurem. quia ꝓmittit eum verbum dei audire. sed dumtaxat tenet eum ꝑ guttur ne manifestet iniquitates in cōfessione. Nam diabol⁹ facit vt fur qui intrat domū ⁊ claudit ostiuz. i. os ipsius peccatoris. manu in qua sunt quinq̄ digiti Prim⁹ digit⁹ est pudor. De quo Ecclesiastici. q̄rto. Nō cōfundaris pro anima tua dicere verum. Et sic obmutuit adam Genes. iij. Huic digito resistere debemus ꝑ memorie reuelatōz

tempore iudicij. Matth. x. Nihil opertum quod non reuelabitur & occultum quod nō sciatur. Et. Cor. iiij. Illumet dominus & illuminabit abscondita tenebrarum. Bern. Insania ē q̄ ablui pudet. & inquinari nō pudz

Secundus digitus est timor. vt patet de Jesu. iiij. Regum q̄nto. qui timuit confiteri veritatem cum interrogatus fuit ab Helizeo vnde veniret. Ideo statim percussus est lepra. Et sic accidit illis qui timent confiteri. post hoc enim publicatur toti mundo Jo. ps. xiij. Trepidauerūt timore vbi nō erat timor Ha q̄ timet nunc coram sacerdote vno. post hoc timebit coram vniuerso mūdo. Job. vi. Qui timet pruinam cadet iuper eum nix. Ille digitus habet excludi per timorem iudicij. psal. cxviij. A iudicijs eē tuis timui Tertius digitus est malus amor ad peccatum. vt patet de anania et saphira qui amore pecunie noluerunt confiteri veritatem. Ideo statim subitanea morte p̄uenti sunt. Actuum q̄nto. Nam sicut valde horribile est de venenoso homine qui vetetur educere brachium ad fleubothomiā vt sanaretur in toto corpore. sic de peccatore vt aperiret os ad salutem anime. Prouerbior. x. Vena vite est os iusti. et os impiorum operit iniquitatem Quartus digitus est hypocrisis seu vana gloria. Dicunt enim. Ille dicit me fore bonum. non valeo sibi confiteri. De quibus Osee. xiij. Colligata est iniquitas effraym: abscondidum est peccatum eius. Illi faciunt vt adā qui foliis ficuum operuit se post peccatum Sic tales cum apparentia bona volunt occultare peccata. Boetius. Si opus medicantis expectas: oportet vt vulnus detegas Quintus digitus est negligentia seu consuetudo mala. Prouerbior. xviij. Impius cum in profundum peccati peruenerit: contemnit scilicet penitentiam. Sicut iudas Matthei. xxvij. Penitentia ductus retulit triginta argēteos. et abiens laqueo se suspendit. Hieronymus. Judas pl⁹ desperando deum offendit: q̄ tradendo. Sicut et Cayn Genes. q̄rto. Maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear. Sup quo Bernardus. Mentiris Cayn. Maior est dei misericordia q̄ queus nostra miseria Ergo nemo debet desperare. Augustinus. Quid conuerso non ignoscatur: cum effusori sanguinis ignoscebatur. Bernardus de imagine vite dicit. O anima mea quare te tot bonis spoliasti. Quare fruſtra bonoribus cor priuasti. Quare tot bona neglexisti. Quare tot annos. tot dies. tot horas sine fructu vixisti. O domine deus quot tē pora effluxerunt in quibus sine fructu: vt aspicio vixi. quomodo subsistam coram te Quomodo ad te poteram leuare faciē meam in illo magno et terribili examine quando numerare iusseris omnes dies meos: querens fructum meum. O domine: cur si intromisi vllo tempore te versari in corde meo. te tota mente amplecti in tua dulcedine delectari omia interiora mea. vbi tūc eram quando tecum nō eram: cum a te habeat omnis creatura quidquid habet desiderabile laudabile delectabile. Heu domine nūc intelligo. sed confiteri erubesco. species et decor creaturarum decepit oculum meum. et non aduerti quia speciosior omnibus creaturis tu es. quibus tantummodo vnam guttam tue inestimabilis pulcritudinis contulisti. Quis enim celum ornauit syderibus. aerem volucribus. aquas piscibus. terram plantis: nisi tu clementissime pater. Hec omnia non perpendi. sed tuam dilectionem multotiens offendi Et tamen propter tuam misericordiam nō diffido. sed iam imploro quia set misericordias tuas reperi in me. Prima q̄ me a multis peccatis in seculo retraxisti. Secunda q̄ conuersionem meam expectasti. Tertia q̄ contritionem mihi dedisti. Quarta q̄ me penitentem misericorditer suscepisti. Quinta q̄ mihi virtutez perseuerandi cōtulisti. Sexta q̄ mihi gratiam ad promerēdam gloriam contulisti. Anselmus in libro Cur deus homo. Quid misericordius intelligi potest q̄ q̄ deus pater dicit misero peccatori eternis supplicijs deputato: & vñ se redimat nō habēti. Accipe vnigenitum meum & da eum pro te. et filius dicit.

presto sum. tolle me et redime te. Ambrosius. Non sunt hominis bona que secum ferre non potest. sola misericordia ē comes defunctorum

Sequitur secunda pars euangelij.

In digito dei

ejcio demonia profecto venit in vos regnuz dei. Lu. xi. Mat thei. xij. Marci. iij. Ipocras in prenosticis. Cum aues prope terram nidificant pestilentiam futuraz quā naturaliter presentiunt & fugiunt: designat. Spiritualiter. Sic dum amor cordis ad terrena inclinatur: tunc ira summi iudicis quasi pestilētia futura timeatur. Ne ergo i pestem ire dei incidamus: debemus oculuz mentis eleuare Et ꝺ docz officiū misse Prio ītrot⁹ Oculi mei semp ad dñm ꝛc. In collecta. Quesumus omnipotens deus vota humilium respice. atqꝫ ad defensionē nostram dexterā tue maiestatis extende. Apostolus in epistola ad Ephes. ḉnto. Estote imitatores dei sicut filij charissimi. Ambulate in dilectione sicut christus dilexit vos. Fornicatio auaricia non nominetur in vobis Naz dicitur ibidem. Auaricia est idoloruz seruitus. et auarus non habet hereditatem in regno dei. Ergo in veritate dei debes ejcere demonia vt habeas partez in regno dei.

Ista est secunda pars principalis istius euangelij in qua tangitur sapientia eius inestimabilis cum dicitur. Ipse autez vt vidit cogitationes eorum dixit eis. Quia eorum opinio vt dicit Chrysostomus: erat valde irrationalis: q⁹ in beelzebub ejceret demonia. Idem. Nam pharisei metu multitudinis non audebant eum diuulgare sz in animo suo vertebant Dominus autem vt dicit Hieronymus non ad dicta sed ad cogitata respondit. vt sic compellerentur credere potentie eius. qui cordiuz videt occulta. hoc enim necaliqua creatura scire potest. Hebreoꝝ q̄rto. Omnia nuda et aperta sunt oculis dei. nec est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius Consequenter quinqꝫ ratōnibus manifeste ostendit christus q⁹ non ejcit demonem in virtute demonis. sed in virtute deitatis. Prima ratio sumitur ex his que apparent in congregationibus hominum. et est talis. Omnis communitas hominum inter se diuisa durare non ꝑt. siue sit ciuilis siue politica. vt est regimen ciuitatis. siue fuerit iconomica. qualis est regimen domus et familie. Constat autem q⁹ diabolus habet regimen suum. ergo si diuisio est in regno. vtpote q⁹ alter alterum ejciat. tunc certe regimē stare non poterit. Sed hoc est falsum. Stanet enim regnum diaboli. quia maximam partem habet in hominibus. ergo sequitur q⁹ i virtute demonis non ejcio demonia Et hoc est quod dicitur. Omne regnum. id est. omnis politicia et communitas in se ipsum. id est. contra seipsum. diuisum desolabitur. Et domus. vbi habes communitatem iconomicam. si fuerit supple diuisa contra aliam domum: domus supra domum cadet. ita vt vtraqꝫ vadet in ruinaz Nam vt Salustius dicit. Sicut concordia parue res crescunt. sic discordia maxime dilabuntur. Et addit ad propositum Si ergo sathanas in seipsum diuisus est: quod contingit si alter ejcit alterum. quomodo stabit regnum eius. certe stabiliri nō poterit. Hoc autem totum sequitur. quia dicitis imprudenter et sine aliqua ratione in beelzebub me ejcere demonia. Secunda ratio talis fuit. Non sum ego minor q̄ apostoli mei quibus ego dedi virtutem ejciendi demones. sed vos creditis q⁹ diuina operentur virtute. Nunq̄m enim impossuistis eis q⁹ ejcerent in beelzebub. Ergo in virtute dei ego ejcio demonia Hoc est ergo quod dicit interrogatiue ratiocinando Si autem ego in beelzebub ejcio demonia vt dicitis. Filij vestri. id est. apostoli mei nati ex vobis. in quo ejciunt. Quod si direritis in beelzebub. quare ergo non calumniamini opus eorum. Si vero dixeritis in virtute dei ejciunt. Ideo per hanc ipsam virtutē quā habēt ipsi diuinit⁹ iudices vti erūt. Quia sicut per illam virtutē

ejciunt demones. Ita per eandem vos demoniacos iudicabunt in condemnationem Promisit enim christus apostolis. Sedebitis super sedes. xij. iudicantes duodecim tribus israel. Si enim habent virtutes super angelicos spiritus. multo magis super homines. i. Cor. vi. Nescitis quoniam apostolis qui angelos iudicabimus. quanto magis seculares Ut vt dicit beda et hiero. Filios eorum appellat exorcistas eiusdem tpis. nam salomon vt dicit Josephus propter suam sapientiam adinuenit quedam carmina pauca verba continentia. et quosdam caracteres qs faciebat sculpi in gemmis. et si radix cuiusdam herbe supponebatur ipi gemme valebat ad expulsionem demonis. Unde exorciste qui habebant officium curandi demoniacos. predictam gemmam caractetribus sculptam radici dicte herbe suppositam ponebant in ore arrepticij. et paucis illis verbis salomonis adiurabant demonem. vt exiens subuerteret peluim aqua plenam in medio positam in signum sue ejectionis. et sic fiebat. Et hoc dicit Josephus presentibus oculis se vidisse coram Tito et vespasiano cum captiuarent hierusalem. Si igitur iudei credebant q exorciste ejicerent demonem in virtute dei. hoc idem debuissent credere de christo. Et ideo exorciste iudices erunt iudeorum. quia ex ipsis exorcistis sumit causa quare iudicandi et condemnandi sunt iudei. Tertia ratio talis est. Regnum dei debet destruere regnum diaboli. sed regnum dei est intra vos. Igit iudicio isto tm alie nationes omnes ptinent ad regnum diaboli. quia vos soli vt putatis estis regnum dei Ergo si inter vos operor ejectionem demonis. hoc non est nisi in virtute dei cui est regnum. Et hoc est qd dicit. Porro si in digito dei. hoc est in spiritu dei. vt habetur in Mat. xij. c. Spiritus eius diuinus in operandis miraculis digitus appellat. Unde magi pharaonis de miraculis moysi et aaron qui deficiebant virtute: dixerunt. digitus dei est hic: ejcio demonia. profecto peruenit in vos regnum dei. Et vt habeatur forma rationis: ponatur consequens pro antecedente. hoc modo. Porro si peruenerit in vos regnum dei, profecto in digito dei ejcio demonia Et est modus coloratus argumentandi in rethoricis: quando consequens est notabilius antecedente stante reputatione omnium. Quarta ratio est magis manifesta sm Matheum. et est talis. Nullus potest violenter tollere aliena nisi possessorem vincat et superet propria virtute. sed constat q ego violenter tollam a demone ea que possidet. ejcio enim eum a possessionibus suis. et in vsum meum capio. Ergo oportet q prius vincam et superem eum propria virtute. Unde dicit. Cum fortis armatus custodit atrium suum. Fortis est diabolus in naturalibus Daniel. vij. Ecce bestia terribilis atq mirabilis et fortis nimis. dentes ferreos habebat magnos comedens atq comminuens. et reliqua pedibus conculcans. Est et armatus. cuius arma sunt omnia ista mundana. Nam pulcritudo est sagitta que vulnerat cor per concupiscentiam Diuitie sunt que occidunt. et sic quecunq alia temporalia. Sed licet armatus sit diabolus ad offensionem. caret tamen armis defensionis. Et ideo armati contra eum incedam. scda Corinth. x. Arma nostre militie non carnalia sunt sed spiritualia ad destructionem munitionum. Custodit atrium suum. Nomine atrij mundum oportet intelligi. Atrium diaboli mundus est ist: qd diabolus custodiebat. sicut tyrannus custodit ciuitatem ne sibi tollatur In pace sunt omnia que possidet. quia nemo sibi resistit Sed ista est mala pax. Malus enim est pacem facere cum serpente. peior eius conuersatio. quia periculosa est Melior enim est tuta guerra q pax dubia. Tollitur enim qui dominabatur diabolus. sed attendamus ejectionem ipsius. Si autem fortior iste fortior illo est christus. psal. Regum scdo. Non est fortis sicut deus noster. superueniens. desuper venit christus cum descendit de celis in mundum. Johannis. iij. Qui de celo venit super omnes est: viderit eum. Apoc. v. Ecce vicit leo de tribu iuda. vniuersa eius arma aufert in quibus

confidebat. Abstulit christus diabolo arma. ⁊ reliquit eū inermem Abstulit luxuriam prebendo castitatem. abstulit auaritiaz per largitatem. superbiam per humilitatez & sic de reliquis. Sed tamen adhuc fatui homines ponunt gladium in manu diaboli. et pununtur ab eo. Et spolia eius distribuet. Spolia demonis erant anime quas rapuerat. sed christus abstulit sibi illa spolia. ⁊ distribuit in regno militantis et triumphantis ecclesie in diuersis dignitatibus ⁊ pmijs. Quosdā quidē apostolos ⁊ euāgelistas. quosdā uero martyres. quosdam doctores. alios ꝙ optinētes. et sic de diuersis modis. ps. lxvij. Ascendit deus i altū captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hominib. Quinta rō talis est. Ego nō operor uirtute illi⁹ q̄ mihi cōtrari⁹ est uoluntate ⁊ actu. sed diabolus his modis mihi est cōtrari⁹. ergo nec auxilio nec ꝙ tute ipsius eiicio demonia. minorē ꝓbat in littera q̄ntum ad utrāq; eius ptē. Et primo ostēdit q̄ diabolus dissentiat christo in uoluntate Qui non est mecū: ut q̄ ego uolo ipse uelit: contra me est. Sine dubio hoc ueritatem habet. quia oīs creatura tenet̄ se conformare diuine uoluntati. Et ideo ipsum non uelle esse cōtrariū est ipi uelle. Probat etiam ptē aliam. Et qui nō colligit mecum: dispergit. Uere xp̄s dispersas oues colligere uult. sed diabol⁹ etiā collectas dispergit. Job. x. Lupus capit et dispergit oues

Tertio posit̄ xp̄s reprobauit falsaz calumniam. Nā sm q̄ dicit Cyrillus. ut q̄ fecte disputationē terminet: oñdit uñ mouebant̄ iudei q̄ hec sentirent de christo. s. q̄ eiiceret demones in uirtute beelzebub. Et causa est. quia peiores erāt q̄ unq̄ fuerunt tpe p̄terito. ⁊ maiori demonū multitudine possidebant̄ q̄ etiā ante legem Cū demones eos incitabāt ut inuidiose talia loquerent̄. Et hoc est q̄ dicit. Cū immundus spūs. diabolus dicit̄ spūs p naturam sed dicit̄ immūd⁹. q⁹ immūdas cogitatōes nobis suggerit. sicut porc⁹ qui uolutatur in fimo. Exierit ab hoīe. sub nomīe hom̄is totum intelligit iudaicū populū Nā ut dicit Cyrill⁹. Cū habitarent in egypto spiritus immūdus erat in eis. qui postea ab eis recessit quādo mactauerūt agnum christum in figura et liniti sunt eius sanguine. ⁊ q̄ñ in monte legem acceperunt. ambulat ꝙ loca arida et inaquosa. id est. corda gentiliuz ⁊ paganoz que nullo erant gratie imbre irrigata. talia corda perambulauit diabolus ritum idolatrie et criminū maculas immittendo. querens requiez cum non potuit requiescere in iudeis. ideo querebat requiez in gentilibus. Deinde reditum demonis ostendit. Et non inueniens dicit. reuertar in domum meam Nam sm Rabanum putabat se diabolus perpetuam requiem habere in gentibus. sed apparente dei filio in carne gentiles fidem susceperunt. Ideo in eis quiescere non potuit. Unde dixit. Reuertar in domum meam unde exiui. id est in iudeos per infidelitatem. Habeo enim iudaicam domuz unde eriui tempore moysi. ad illos uolo reuerti tempore christi. Et cum uenerit inueīt eā scopis mundatā ⁊ ornatam. Uacabat enim iudaicus populus ab obseruantia legis et operibus uirtutuz per negligentiaz. quia ueniente christo cessauit omnis ritus legis eorum. circumcisio sacrificia et cerimonialia. nec uoluerūt se exercitare in lege christi. Erat mundatus populus ille scopis. Scopa enim non tollit tenaces sordes sed superficiales Ita iudei mundabāt sola exteriora et int⁹ erāt sordidi. Matthei. xxiij. Ue uobis scribe et pharisei. ue uobis hypocrite qui mūdatis quod deforis est calicis et parapsidis. Intus autem pleni estis rapina et immunditia. Erat mihi homin⁹ iudaic⁹ ppl⁹ ornat⁹ q̄ busdam exterioribus obseruantijs diuine legis. Sequitur. Et tunc uadit et assumit septem alios spiritus. id est uniuersitatez uiciorum. Sicut uirtus spiritussancti distinguitur in septem spiritualia dona Ysaie. xi. ubi dicitur. Requiescet super eum spiritus sapientie ⁊ intellectus ⁊c. Ita uirt⁹ diaboli est in septē spiritualibus uicijs principalib⁹ Seq̄t. Neq̄ores se. ue uicio neq̄us diabolo. q⁹ diabol⁹ saltē naturaliter bon⁹

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

органа 1994г.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
UNIWERSYTETU A.M. w POZNANIU
Inc. 363